

36. 13 Ps. 2. 11.; 6. 7.; 7. 1.; 14, 1. 2. 3.; 17, 24. 45.; 21. 7.;
26. 14.; 27. 3.; 31. 5.; 33, 10. 12.; 15.; 36. 5.; 37. 10.; 38. 2.;
39. 11.; 43. 22.; 46. 8.; 47. 10.; 49. 16. 21.; 50. 17.; 51. 10.; 52.
2.; 65, 10. 12.; 69. 2.; 72, 22. 28.; 75. 11.; 83 2.; 85. 17.; 87. 16.;
93. 11.; 94. 81.; 06. 1.; 118, 71. 107. 116. 164.; 130. 1.; 131. 9.;
133. 1.; 136. 9.; 137. 11.; 38. 3.; 139. 12 Prov. 5. 21.; 10, 9.
19.; 12, 20.; 14. 21.; 16. 25.; 20. 13.; 23, 13. 14. Eccle. 6. 37.;
7. 39.; 8. 11.; 10.; 18, 17. 30.; 19. 2.; 21, 23. 25.; 31, 17. 24.
Isai 1. 17.; 42. 35.; 8. 7.; 65. 24. Ezech. 18. 23.; 34. 3. Ose. 13.
9. Ioel. 1. 14.

Auf das N. T.:

Matth. 5, 10. 22. 33—37. 39—41. 44.; 6, 1. 10. 33.; 7, 11. 12.
14. 24. 25.; 8. 3.; 10, 22. 37. 40.; 12. 36 ; 19. 18.; 22. 39.; 23. 3;
24, 42. 47.; 25, 35. 36. 40.; 26. 50. Mr. 10. 19. Luc. 6. 27—35.;
9. 23.; 10. 16.; 11. 28.; 12. 5.; 14. 11.; 18, 1. 13. 29.; 21. 34. Io.
5. 30.; 6. 38.; 12. 35. Act. 4, 32. 35. 36. — Rom. 2. 4.; 8, 15. 37.;
12, 10. 11.; 13. 2. I. Cor. 2. 9.; 4. 7.; 5, 5. 19.; 6. 7.; 7, 7. 15.;
9. 27.; 12. 13.; 15. 10. II. Cor. 1. 7.; 2. 8.; 9. 7.; 10. 17.; 11. 23.
Gal. 2. 6.; 5. 16. Eph. 4. 26.; 6. 10. Philipp. 2. 8. I. Thess. 5, 14. 15.
I. Tim. 3, 3. 15.; 4. 2.; 5, 1. 6. 22. II. Tim. 2, 4. 14. 24. Iac.
3, 14. 16. I. Pet. 2. 17.; 3. 9.; 4. 8. I. Io. 4. 1. Ap. 2. 7.

Für die lat. Citate wurden folgende Ausgaben benützt:
Regula S. Patris Benedicti . . . Monachii. Sumpt. Ioan. Nep.
Fritz (ohne Angabe der Jahreszahl) und: Regula sancti
Patris Benedicti . . . Einsidlae, Novo-Eboraci, Cincinnati et
S. Ludovici. Typis et Sumptibus Fratrum Caroli et Nicolai
Benziger. 1877.

Indicia statistica de Benedictinorum monasteriis,

quae adhuc in Europa exstant, initio anni 1881. composita, coenobiis imperii
austriaco-hungarici exceptis¹⁾.



ulgata superiore anno p. 144. tomi I. ephemeridis nostrae compositione
omnium Benedictinorum monasteriorum, quae in monarchia Austriaco-
Hungarica adhuc exstant, commutationibusque in eorum statu per-
sonarum intra annum 1880 factis p. 174. tomi I. huiusce anni expositis, ut fidem

¹⁾ Hoc caput latine scribi placuit, cum propter magnam vim notionum latinarum aliena-
rumve, tum ut a pluribus intelligeretur.

in adnotatione ad p. 179 eiusdem tomi datam servemus, superest ut breviter de statisticis argumentis reliquorum omnium monasteriorum agamus, in quibus regula S. P. N. Benedicti valet, quaeque toto orbe terrarum in praesenti etiam vigent. Sequuntur hic igitur rem iam tractatam nonnulla de illis paucis monasteriis in Europa ad hunc diem conservatis, quibus materies scribi incepta ordine quodam adhibito quasi continuatur, cum in proximo volumine necessaria mentio facienda sit illorum, quae extra Europam numerantur. Nostra aetate monasteria O. S. B. reperis in terris I. Bavarica, II. Belgica, III. Britannica, IV. Gallica, V. Helvetica, VI. Hispanica, VII. Italica¹⁾.

I. In Bavaria

paene omnia monasteria inter se Congregationem „Sanctorum Angelorum custodum,“ anno 1684 conditam et 1858 a Pio IX. pontifice restauratam, efficiunt. Abbatiae et Prioratus huius congregationis sunt:

1. abbatia Mettensis Sti. Michaelis, saeculo VIII. exeunte a Carolo Magno imperatore condita, ao. 1803 exstincta, 1830 a Ludovico I., Bavariae rege, restituta;

2. abbatia Stae. Mariae Virginis in coelum assumptae Schyrae (Scheyern) ao. 1112²⁾ fundata, 1803 exstincta, 1838 a Ludovico I. instaurata;

3. abbatia S. Bonifacii, Monachii (München) ao. 1835 a Ludovico I. condita, cui prioratus Andecensis (heil. Berg Andechs) subest;

4. prioratus Weltenburgensis Sti. Gregorⁱⁱ, saeculo VII. fundatus, ao. 1842 a Ludovico I. restitutus;

5. prioratus Schaeftlarnensis Sti. Dionysii, a Ludovico I. fundatus. Praeses Congregationis hoc tempore est Revm. Dms. Utto Lang, abbas Mettensis. Congregationi non adscripta et sui iuris est sola

6. abbatia Sti. Stephani Augustae Vindelicorum (Augsburg), ao. 1834. condita, cum Prioratu Ottoburano (Ottobeuern), ao. 767 fundato, 1834 a Ludovico I. restaurato.

Ineunte anno 1881 status personarum hic erat:

1. (abb. Mett.) sacerdotes 43, fratres clerici 4, fratres laici 7, in summa 54 religiosi. A.) 1.¹⁾: RR. PP. Michael Meyer, 13. Iunii 1837 nat., 12. Aug. 1860 sac. — Iosephus Stauber, 24. Sept. 1859 nat. — Iacobus Widmann, 14.

¹⁾ Singulorum monasteriorum historiae impressae simul cum argumentis statisticis circiter ad finem anni 1879 tractatis legantur in Albo Benedictino, quod anno iubilaeo 1880 in coenobio Sti. Vincentii in America editum est. Hunc librum posthac sub litera A in hac dissertatiuncula proferemus. Indiciis singulorum coenobiorum recta via ad nos missis nobis data est facultas argumenta „Albi-Benedictini“ et emendandi et usque ad annum 1881 supplendi. RR. fratres in America habitantes rogamus, ut eiusmodi additamenta quam primum nobis mittere velint.

²⁾ Aug. Lindner in egregio suo opere quod inscriptum est: „Die Schriftsteller und die un Wissenschaft und Kunst verdienten Mitglieder des Benedictiner-Ordens im heutigen Königreiche Baiern vom Jahre 1750 bis zur Gegenwart. Regensburg 1880. J. Manz 2 Bde.“ p. 294. appendicis no. 3. foundationis annum 1113 (1077) contra indicium p. 182 „Albi“ contentum indicat. In posterum Lindneri opus literis: „Lind.“ proferemus.

³⁾ De eis, quae compendiis aliisque contraximus delegamus benevolent lectorem ad paginam 174. voluminis I. hoc anno editi, ubi adnotatione explicantur.

Oct. 1859 nat. — 2. (Prof. simpl.): Beda Adlhoeh 28. Oct. — Anselm. Kriegstetter 28. Ian. — B.) — C.) (In Dom. obierunt): F. Iosephus Renatler 3. Iulii. — P. Othmarus Achhamer 1. Oct.

2. Schyrae status: sacerdotes prof. 18, sacc. novitii 4, ff. laici 11; in summa 33 religiosi. — A.) 1.: RR. PP. Georgius Wildenbauer, 4. Sept. 1853 nat., 12. Apr. 1863 sac. — Christianus Altinger, 20. Dec. 1856 nat., 29. Iunii 1880 sac. — Iosephus Schmid, 19. Sept. 1828 nat., 6. Iulii 1853 sac. — Laurentius Stumfall, 4. Sept. 1853 nat., 29. Iun. 1880 sac. — 2.: Rev. P. Benedictus Meyer 30. Sept.²⁾ — B.) ut supra diximus sub hac nota ad num. 1. pertinente. — C.) R. P. Benedictus Mahler 8. Maii.

3. Abb. S. Bon. status: sacc. 26, ff. laic. 20, novv. 3; in summa 49 religiosi. — A.) 1.: FF. laici: Andreas Miller, 22. Nov. 1854 nat. — Ioannes Nep. Freisinger, 31. Maii 1853 nat. — Ineunte anno 1881 duo novitii, quorum alter sacerdos, alter cand. phil. — B.) ut supra dictum est. — C.) RR. PP. Anselmus Büttner, insignis musicus, calligraphus, numismaticus, 9. Ian. 1881, aet. 47, prof. 22. — Benedictus Schmid, 5. Febr. 1881, aet. 52, prof. 14. — Prioratus Andecensis numerat: 3 sacc., 22 ff. laic.; in summa 25.

4. Prior. Welt. status: sacc. 4 ff. laic. 4, nov. 1; in summa 9 religiosi. — A.) 1.: f. laic.: Augustinus Lohmüller, 1. Maii 1848 nat.

5. Prior. Schaeftl. status: sacc. 4, ff. cler. 2, ff. laic. 10; in summa 16. relig. — A. 2.: Fr. Placidus Anracher, 11. Oct. Status totius congregationis ineunte anno 1881: sacc. prof. 97, sacc. nov. 5; cler. prof. 4, cler. nov. 2; ff. laic. prof. 74, ff. laic. nov. 4; in summa 186 religiosi.

6. Abbatiae Sti. Stephani status: sacc. 21, cler. prof. 3, ff. laic. 12; in summa 36 religiosi. — A. 2.: FF. Guilielmus Obermayer, 10. Oct. 1857 nat. — Adolphus Scheck, 13. Ian. 1860 nat. — Ferdinandus Eichinger, 20. Apr. 1861 nat., omnes tres 1. Nov. — 3.: R. P. Hugo Schmoelzer 1. Nov. — B.) R. P. Hieronymus Gratzmueller, director — prior denominatus. — Benedictus Permann, 17. Iulii subprior factus. — C.) Adm. R. P. Bartholomaeus Zenetti, prior etc. aet. ao. 66, prof. 41, sac. 39, † 23. Maii. — R. P. Luftpoldus Brunner, Dr. phil., prof. gym., aet. ao. 58, prof. 34, sac. 31, † 9. Ian. 1881.

Prioratus abbatiae Ottoburanae status: sacc. 6, ff. laic. prof. 9, ff. laic. nov. 2. — A. 1.: Unus frater laicus.

II. In Belgio

sunt ad id tempus tria tantum Benedictinorum monasteria³⁾:

1. Teneramundae monasterium SS. Apostol. Petri et Pauli; 2. Afflighemii S. Mariae; 3. Marezolis (Maredsous) S. Benedicti, quorum duo priora congregationis Casinensis principalis observantiae sunt. — (De capitulo generali huius congregationis, habito die 24. Septembris anni superioris, scripsimus p. 191. tomi IV. prioris anni.) Visitator amborum horum monasteriorum, quae coniuncta Belgicam congregationis illius provinciam efficiunt, est Revm. Dom. Godehardus Heigl Afflighemii, subprior, socius in edenda ephemeride

¹⁾ Ex scriptis, quae nobis in manibus sunt, mutationes munerum non adparent.

²⁾ Indicio anni omisso ubique annum 1880. intelligas.

³⁾ Confer „Album“ p. 317. — 321., item p. 271., ubi et horum trium monasteriorum et earum congregationum historia impressa reperitur.

nostra; munere autem consultiŕis fungitur Revm. Gerardus Aumann, eiusdem coenobii prof.

1. Nullo nuntio ex primo monasterio de statu personarum allato delegamus ad notam huius partis primam.

2. status: sacc. 20 (his accensus episcopus R. I. A. D. Iordanus Balsieper, apostol. vicarius Bengalae Orientalis), clerr. 5; ff. laic. 9¹⁾). Commutationes in monasteriis provinciisque procedente hoc anno demum fient. — R. P. Ildephonsus Lanslots²⁾, monasterii Afflighemiensis prof., discessit die 25. Octobris a. e. ad fidem Christianam in Bengala Orientali propagandam (Indiae ad orientem vergentis). Itinere Romam facto atque 14 diebus in monasteriis Sublaci atque in Sacro specu transactis post felicem navigationem Calcuttam 29. Dec. appulit, unde iter Daccam prosectus est³⁾).

3. Pertinet ad congregationem Beuronensem, ao. 1868. institutam. Haec ex abbatibus Emautina et Marezolensi atque Prioratu Erdingtonio (ad S. Thomam) composita est. Omnibus religiosis vi legis in Borussia proscriptis Beuronenses monachi anno 1875 in Austriam fugerunt ibique in monasterio S. Caroli de Volders (prope Halam ad Oenum in Tirolis sito et ad fratres servorum B. M. V. pertinenti) usque ad annum 1880 exules permanserunt, unde mense Febr. ad monasterium Emautinum (Pragae in Bohemia) transmigrarunt. Parvus eorum coetus, qui iam anno 1876 in Angliam transfretavit, prioratum, quem supra memoravimus, SS. Thomae et Edmundi in pago Erdington incolit, ubi novis claustralibus aedificiis erectis anno 1881 schola gymnasialis aperta est. — Abbatia S. Benedicti Marezolis (dioecesis Namurcensis), anno 1878 a Leone XIII. PP. confirmata, Revm. D. Placidum Wolter, antea Priorem in Erdington, abbatem obtinuit⁴⁾).

Status congregationis Beuronensis⁵⁾:

a) abbatiae Beurono-Emautinae: sacc. 26, monachi prof. 36, novv. clerici 10; ff. conv. laic. prof. 23, laic. nov. 10. — b) abbatiae Marezolensis: sacc. 18, monachi prof. 21, nov. clerici 2; ff. laic. prof. 8, laic. nov. 12. — c) prioratus in Erdington: sacc. 8, mon. prof. 8; ff. laic. prof. 2. — in summa 52 sacc., 65 mon. prof., 12 novv. cler.; 33 ff. laic. prof., 22 laic. novitii.

Superior generalis totius congregationis: R. A. D. Maurus Wolter, abbas, ao. 1825 nat., 1857 prof., 1868 abbas electus et benedictus. —

1) Haec omnia secundum „A.“ p. 317—320, qua de causa ante an 1880.

2) In „A.“ inducitur tum etiam frater.

3) Sic literae datae die 14. Martii 1881. — De Benedictinorum missione in Bengala Orient. et de R. I. A. D. Balsiepero latius agitur in ephemeride inscripta: „Missions catholiques de Lyon,“ germanice edita Friburgi apud Herderum Conf. etiam p. 111. tomi III ephemeridis nostrae anni superioris.

4) De monasteriis in Belgio quondam vigentibus confer dissertatiunculam Domini van Caerloen: „Belgica Benedictina“ p. 124, tomi I. ephemeridis nostrae anni superioris.

5) De statisticis argumentis Emautinis hoc loco idcirco narramus, quia superiore anno, ubi de Benedictinorum monasteriis in monarchia austriaco-hungarica p. 144 tomi I. ageremus, id vetus monasterium a nobis est omissum. Commutationes personarum intra totam congregationem factae non satis perspicue apparent ex fontibus istis. — Brevem historiam et congregationis et singulorum eius coenobiorum continet „A.“ p. 267—273. — Indicia statistica hausimus ex catalogo humanissime ad nos misso, qui additus est Ordini divini officii etc.“ (Tornaci, typis societ. Ioannis Evang. 1881.)

III. Britannia.

De monasteriis Britanniae O. S. B., quae unam congregationem Britannicam constituunt, lector revolvat „Alb. Ben.“ p. 19.—71, ubi accuratam singularum domorum et totius congregationis historiam inveniet. Hoc loco tantum commemoramus, congregationem 5 monasteriis (Prioratibus) constare ad eandemque 4 collegia, 64 ecclesias, 8 missiones pertinere.

Anno 1878¹⁾ exeunte in eadem numerabantur 149 sacerdotes, inter quos unus archiepiscopus, 5 episcopi, 5 abbates titulares, 8 diaconi, 8 subdiaconi, 32 ff. laici (conversi, novitii, postulantes oblati), ita ut tota summa tum fere 228 homines contineret. Nunciis P. Gilberti Dolan, „S. Gregory's Priory“ Downside, in edenda ephemeride nostra socii, mense Februario huius anni ad nos benignissime missis, innitentes congregationis Necrologium anni 1880 hic adiungimus.

1. R. P. D. Carolus Fairclough, prof. mon. S. Laurentii de Ampleforth, nat. in Wigan 14. Nov. 1788, 4. Apr. 1880 † Duaci in Gallia in monaster. S. Edmundi Regis, ao. aet. 92., prof. 62., sac. 60.

2. Illustriss. et Reverendiss. Dom. Iosephus Thomas Brown, prof. in mon. S. Gregorii M. de Downside, Episcopus I. Neoportensis et Menevensis, nat. apud Bath 2. Maii 1796, aet. ao. 82., rel. prof. 67., episcop. 4., † 12. Apr. 1880.

3. R. P. D. Placidus Ioannes M. Anliffe, 17. Oct. 1848 in Bath nat., prof. mon. S. Laurentii de Ampleforth, ao. aet. 32., rel. prof. 15., sac. 7., † 20. Oct. 1880.

4. R. P. D. Osvaldus Edvinus Davis, nat. apud Usk 5. Ian. 1819, prof. mon. S. Gregorii M. in Downside, ao. aet. 61., rel. prof. 42., sac. 32., † 25. Nov. 1880.

5. R. P. D. Hieronymus Ioannes Lynch, nat. in Wavertrec (Lancast.) 14. Maii 1849., prof. mon. S. Laurentii de Ampleforth, caritatis martyr, obiit in missione prioratus B. M. V. in urbe Liverpool, aet. ao. 31., prof. 13., sac. 5., † 25. Dec. 1880²⁾.

IV. Gallia.

Cum consilii regiminis reipublicae ao. 1879 et 1880 omnes fere religiosi ex Gallia expulsi sint, de praesenti eorum statu vix agi potest. De isto violento facinore scripsimus anno superiore p. 195—206. tom. IV. ephemeridis nostrae, quapropter lectores nostros ad hunc locum relegamus. Ante reli-

1) Ex „A.“, cum nobis ceteri nuntii desint, Prioratum S. Benedicti sub Lacu, apud Fort Augustus in Scotia et dioecesi Aberdonensi anno 1878 denuo fundatum, historice adumbravimus anno superiore tom. IV. p. 164—168. Omnium monasteriorum Ordinis nostri in trigemino regno Britanniae olim institutorum compositio statistica, a P. Gilberto Dolan conscripta, iam diu apud nos iacet; libellus manuscriptus tandem variis impedimentis sublatis in lucem prodibit, qua re et carus auctor et benevolus lector se consolentur.

2) Praeterea mortuae sunt anno 1880 hae monachae O. S. B.: 1. soror M. Veronica Flynn, conversa in abbatia B. M. V. glor. Assumpt. apud East Bergholt (Suffolk), aet. ao. 39., rel. prof. 15, † 13. Febr. — 2. Sor. M. Scholastica Barlow, conversa in abbatia Immac. Conceptionis B. M. V. apud Oulton (Stafford), ao. aet. 85., prof. 66, † 23. Mart. — 3. Sor. Anastasia M. Richawson Donata in abb. S. Mariae de Consolat. apud Stanbrook (Worcester.), rel. prof. ao. 7., † 11. Nov. — De monasteriis monacharum O. S. B. in Britannia paulo post dissertatiuncula quaedam prodibit, quam conscriptam iam accepimus.

giosorum expulsionem in Gallia XIV monasteria Benedictinorum cum 239 coenobitis floruerunt; secundum „A.“ p. 209. — 229. ex iis haec tria coenobia ad congregationem Gallicam pertinebant:

a) Abbatia Solismensis Sti. Petri, cum 51 sacc., 12 novv., 11 laic. prof., 5 laic. novitiis:

b) abbatia S. Martini ad Logiacum, cum 19. sacc., 4 ff. laicis;

c) abb. Massiliensis S. Mariae Magdalенаe cum 17 sacc., 17 ff. laicis.

Servatus est solus et ad id tempus exstat patrocinante imperio Britannico:

d) Prioratus Duacensis (Douay) Sti. Edmundi, qui ad congregationem Britannicam pertinet et habet in loco sacc. 13, ff. cler. 5; ff. laic. 4¹⁾. Cuius prioratus reliqui 35 sacerdotes funguntur cura animarum in parochiis.

Erant praeterea membra pia congregationis Sublacensis²⁾ haec coenobia:

e) S. Mariae de Petra Rotante (Pierre qui vire³⁾);

f) Immaculatae Conceptionis in Bethisy (S. Pierre, Cote d'or);

g) S. Benedicti ad Ligerim (S. Benoit sur Loire);

h) Immaculati cordis Mariae, Belaci (Bellac, Basses-Pyrénées);

i) S. Petri a Canonicis (S. Pierre de Canon); quae omnia ante expulsionem habebant 58 sacc. prof. et 15 ff. laicos (convers. simpl. profess.)

Praeterea sumus certiores facti de

k) monasterio Benedictinorum Dellensi (Delle), quod superiore anno p. 101 tomi III. fide historica adumbravimus et quod procellis in monasteria nunc invidiose saevientibus nondum abreptum est.

Hic monasterialis coetus hoc tempore compositus est 22 sacc.; 1 fr. prof.; 2 ff. laic., 2 novitiis.

De reliquis Benedictinorum monasteriis, quae ante a. 1879 fuerunt, nihil amplius compertum habemus, nisi quod ex literis ad nos missis certo scimus, coenobium Grignonense ad Montbardum oppidum situm adhuc existere; sequitur autem hic tanquam monumentum perantiqui et venerabilis monasterii Solismensis status personarum intra annum 1880, de quo nuncium paulo ante sublationem eius accepimus. a) Sacerdotio initiati: RR. PP. Marianus Ferolin, Ioannes B. Poissoneau, Ioannes B. Gibbal, Eduardus de Coetlosquet, Andreas Mocquereau; b) diaconi facti: DD. Albertus Lamy, Martinus C. Coutelle de la Tremblaye, Ferdinandus Cabrol; c) subdiaconi: DD. Augustinus Bouré, Andreas Lenoble, Paulinus Joumier, Gabriel Mennier; d) minoritae: DD. Ferdinandus Boudoux, Caecilium Fabre; e) induti: Carolus Deharveng, 7. Apr. 1861 in Mairieux (dioec. Cameracensis) nat., 1. Maii 1880 indutus; — Iosephus Chanmet, 7. Mart. 1848 ad la Guerche (dioec. Rhedonensis) nat., 16. Febr. 1880. indutus; f) Eugenius Rulin, 14. Apr. 1860 ad Savigne (dioec. Cenomanensis) nat., clericus. g) Defunctus die 11. Oct. 1880 R. P. D. Ioannes Petrus Cadot aet. an. 66, prof. 32⁵⁾

¹⁾ Sic „A.“ p. 46.

²⁾ Secundum „A.“ p. 307.

³⁾ De exitio huius abbatiae comparanda est tomi IV. anni superioris pagina 204. huius ephemeridis.

⁴⁾ Literae R. P. Pauli Piolin.

⁵⁾ De coenobiis monacharum Galliae, quae secundum ultimos nuntios sublata esse non videntur, accepimus indicia statistica ab uno e cooperatores nostrae ephemeridis quae etiam quam primum promulgabimus.

V. In Helvetia¹⁾.

Benedictini habent ad id tempus tria modo monasteria: 1. Desertinense
2. Einsidlense (Eremum B. M. V.), 3 Engelbergense, quorum primum iam
anno fere 615 a Sto. Sigisberto, discipulo Sti. Columbani, fundatum est; de
hoc monasterio eiusque restauratione actum est tom. IV. anni superioris p. 192²⁾.
— II. Alterius anno 861 conditi status est hic: sac. 82, ff. cler. 4, laic. 24, in
summa 120 religiosi. A. 1. Claudius Aebischer, Pius Wollschlegel, Albinus
Netzhammer, Albertus Koch, tres fratres laici. — 2. FF. Casparus Flühler,
Bruno Thum, tres ff. laici; omnes 8. Sept. — 3. FF. Othmarus Helbling, Andreas
Lautenschlager, tres ff. laici 4. Sept. — P. Franciscus Xav. Schürmann, 4. Apr.
PP. Basilius Breitenbach, Martinus Gander 5. Sept. — B. PP. Bonaventura
Binzegger et Sigisbertus Zarn fidei propagandae causa ad coenobium S. Meinradi
(in America) profecti sunt. Columbanus Brugger se dedit studiis mathematicis in
polytechnico Carlsruhae; Martinus Kiem missus est Desertinam (Disentis);
Augustinus Gmuer est praefectus externorum, Otto Bitschnau ineunte anno 1880
parochus Nüzidersi. — C. PP. Victor Walter 9. Aprilis, aō. aet. 40., prof. 19.,
sac. 18. — Gregorius Hürlimann 29. Martii., aō. aet. 42., prof. 22., sac. 17.
Walchwyli in pago Tugiensi (Zug). Primum Willerzelli prope Einsiedeln
vicarius parochialis, deinde parochus Eschanzi (in pago Turicensi) fuit, post in
monasterium monachorum Grimmensteinense (in Appenzellensi pago situm),
sacerdos a confessionibus missus est, quo ex loco tandem a Basilio abbate missus
est in stationem haud parvi laboris Teufisberg in pago Schwyzensi sitam, ubi
vero mox obiit inflammatione pulmonum correptus³⁾.

Eremitarum coenobium in Helvetiis in America monasterium St. Mein-
radi filiam habet nunc sui iuris abbatiam, de qua in capite de Americae
argumentis statisticis accurate agemus.

III. Tertium est aō. 1122 conditum⁴⁾ eiusque status personarum hic:
sacc. 31, ff. clerici 4, ff. laici 11, novitius 1; in summa 47. — De rebus ad A 1—3
attinentibus non sumus adhuc certiores facti et Album non exhibet nisi indicia
usque ad finem anni 1878. — A. 4.: RR. PP. Magnus Siegwart, Lucernensis ex
Doppelschwand, 24. Maii 1851 nat., et Anselmus Wachter, Wuerttembergensis ex
Isni, nat. 22. Aprilis 1857. — B.⁵⁾ Revdss. D. Frovinus Conrad a pontifice
Leone XIII. nominatus est abbas monasterii, octo annis ante in America (me-
ridionali) conditi, cui nomen est „Neu-Engelberg.“ — R. P. Augustinus Kunz
factus est confessarius monacharum de passione Christi (in pago Appenzell); —
Placidus Wissmann confessarius monacharum Wonnensteinii (pago Appenzellensis);
— Fintanus Fach sacerdos a confessionibus monacharum Rickenbachi (in pago
Unterwaldiano); — Nicolaus Frei, coadiutor parochi Maryvillensis in America
Meridionali; — Martinus Wissmann confess. monacharum Wyli in pago San-Gallo;

¹⁾ Ex epistolis P. Gabrielis Maier, monast. Einsidlensis, et P. Martini Kiem Sarno be-
nigne ad nos missis.

²⁾ Hoc loco lectores nostros iterum oramus et obsecramus, ut huic pauperi et ad in-
piam maxime redactae abbatiae stipem quandam largiri velint.

³⁾ Sic literae in M. Eins. 4. Apr. a. curr. datae.

⁴⁾ Qua de re conf. etiam anni superioris tom. IV. pag. 193.

⁵⁾ Ex literis R. P. Martini Kiem die 23. Ian. an. curr. datis.

— Carolus Anderhalden, conf. monacharum ad S. Andream Sarni, pago Unterwaldiano; — Ioannes Bapt. Troxler, administrator monasterii Desertinensis (Disentis) in pago Grisonia (Graubünden); — Eugenius Angele, administrator curatus Angelomontanus; — Iosephus Moos, capellanus Rickenbachi; — Walterus Langenegger, oeconomus monasterii.

Monasterium Murense¹⁾ (ad Muros, dioec. Basileensis) ao. 1871 violenter suppressum est eiusque incolae superstites unacum ultimo monasterii abbate, Revdss. Dom. Adalberto Regli, in monasterio Gries (prope Bulsanum in Tyroli) novum domicilium invenere, ita tamen, ut monasterium Griesense tamquam Prioratus principali monasterio Murensi annexus cum congregatione Helvetobenedictina unum maneret²⁾

Abbatia ad Petram B. M. V. (Mariastein), Sti. Vincentii Mart., 17. Martii 1875 suppressa est. Religiosi nonnullis in locis sive ad Petram sive in parochiis dispositi remanserunt, reliqui asylum salutaverunt in Delle, oppido Gallico, ubi initio h. anni erant sacc. 22, cler. 1, ff. laici 3, unus novitius, in summa 27 religiosi. Sacerdotio initiati nominantur RR. PP. Leodegarius Sidler et Benedictus Haeusler 13. Martii 1880.

VI. Hispania.

De praesente statu ordinis Benedictini in Hispania passim iam in hac ephemeride egimus; anno superiore p. 146—153 Tomi III. in capite inscripto de praesentibus rebus ordinis Benedictini in Hispania, hoc anno p. 398. Tomi II. scribentes de praesente statu religiosorum, qui ex Gallia fugerunt. Propter quod ad commemorata illa loca lectorem remittimus. Ex capitibus allegatis apparet, tria monasteria O. S. B. hodie in Hispania exstare, scil: 1. Monasterium (regale) de Monteserrato St. Mariae; 2. monasterium in Samos (dioecesis Lugos); 3. monasterium quoddam in Catalonia. — Status personarum monasterii de Monteserrato: circa 21 sacerd. proff. et 8 ff. laici conversi. Quia vero, data occasione, de ceteris coenobiis referre volumus, idcirco instanter D. Ramirum Rodomilanum, socium nostrum in edendo hoc libro, rogamus, ut nobis indicia ad hanc rem necessaria quam celerrime subministrare velit. —

VII. In Italia

Benedictinorum ordo legibus iniquis plane extinctus est. In nonnullis iisque paucis monasteriis religiosi solum tolerantur; idem valet de monachis in monasterio metropolitano Montis Casini nomine et propter solum officium custodum tolerantis. — Cuncta coenobia pertinent aut a) ad congregationem Casinensem (alias S. Iustinae de Padua) anno 1415 erectam, aut b) ad congregationem Casinensem de primaeva observantia, a Pio IX. 1872 constitutam. — Prima earum formatur, si „A.“³⁾ sequimur, 20 coenobiis, quorum modo pauca paucos, interdum 2 vel 3 professos habent, qui etiam ipsi plerum-

¹⁾ Brevem utriusque monast. historiam vide in „A.“ p. 152. De statu personarum p. 154 Tom. I ephem. nostrae anno super. egimus.

²⁾ Ex „A.“ cum nihil aliud compertum habeamus.

³⁾ P. 73—127, ubi etiam historiam tum Congregationis, quum singulorum coenobiorum legere possis.

que in finitimis vel remotis vicis cura animarum occupantur. Anno 1879 ad finem currente exstiterunt: 1. abbatia S. Pauli de Urbe Roma; 2. abb. S. Petri, Mutinae; 3. abb. S. Mariae, Florentiae; 4. abb. S. Petri, Perusiae; 5. abb. SS. Severini et Sosii, Neapoli; 6. abb. S. Catharinae seu S. Dominici, Senis; 7. abb. S. Mariae de Monte, Caesenae; 8. abb. S. Petri, Saviliani (Savigliano); 9. abb. SSS. Trinitatis Cavae Tyrrenorum; 10. archiabbatia S. Benedicti in Monte-Casino; 11. abb. SS. Nicolai in Arena, Cataniae in Sicilia; 12. abb. S. Martini de Scalis prope Panormum in Sicilia; 13. abb. S. Placidi, Messanae in Sicilia; 14. abbatia metropolitana S. Mariae Montis Regalis in Sicilia; 15. abb. S. Mariae ab Angelo salutatae Castriboni (in Sicilia); 16. abb. S. Rochi, Plateae (Piazza, in Sicilia); 17. abb. S. Mariae, Farfae prope Romam; 18. abb. S. Flaviae, Caltanixetae (Caltanissetta) in Sicilia; 19. abbatia S. Benedicti Militelli (in Sicilia). — Quamquam etiam atque etiam rogavimus, tamen tenuiter ex his monasteriis ad nos scriptum est, ita ut recte et ex hac re et ex nuntiis de anno iubilaei allatis, quos anno praeterito tomi II, pag., 122—134 de Monte Casino; tomi III. p. 109 de Parma; p. 122—142 eiusdem tomi denuo de Monte Casino, tomi IV. p. 147—150 de Sublacu edidimus iudicari possit, nusquam iam re vera monachos una nunc esse in monasteriis Italicis neque ex regula chorum habere, excepto hoc utroque monasterio et illis ad St. Paulum, Cavae et Farfae. Quibus omnibus omnino de vita certandum est; agris aliisque bonis ereptis publicaue misericordia parum auxilii praebente. Accuratam de rebus Benedictinorum in Italia narrationem certe proximo tempore exspectare possumus. Si „A.“ auctorem sequi volumus, Casinensis congregationis status personarum ad id tempus circiter 160 monachos continere videtur, cui numero etiam 3 archiepiscopi et 5 episcopi, 13 ordinarii et 12 extraordinarii abbates attribuiti sunt.

Congregatio „a primaeva observantia“ dicta et anno 1872 erecta numerat, ut „A.“¹⁾ exhibet, in Italia 10 monasteria et unum in Africa; sunt autem haec: 1. Protocoenobium S. Scholasticae Sublacense; 2. asceterium Sacri Specus; 3. monast. S. Iuliani prope Ianuam; 4. monast. S. Ioannis Ev., Parmae; 5. Stae. Mariae, Prataleae (Praglia) prope Patavium; 6. S. Gregorii Maioris, Venetiis; 7. S. Ioannis B. prope Aemoniam novam (Citta Nuova) in Istria; 8. abbatia (nullius) Montis Virginis; 9. collegium S. Ambrosii, Romae; 10. missio in insula Gerbi in Africa prope Tunetum. De capitulo generali huius congregationis die XXIV. Septembris anno superiore habito, ubi status personarum commutatus est, conferenda sunt argumenta statistica Belgii. De statu personarum hospitii S. Ioannis B., quod Dailae in Istria situm est et ad congregationem illam pertinet, p. 154, tom. I. anno ellapso iam egimus. Nunc restat, ut lectores benevolos ad ea, quae de monasteriis Benedictinis Italiae iam pridem scripsimus, relegemus atque ea, quae hic generatim diximus, aliquot adnotationibus illustremus. In „A.“ (p. 295—301) nominantur anno 1880 ineunte 59 tantum sacerdotes professi, 5 cler. simpl. prof., 30 ff. conversi, qui vero ad univer-

¹⁾ P. 289—301. Indicia statistica antecedit brevis et ad fidem historicam scripta adumbratio congregationis. Epitheton ipsum demonstrat, quod consilium propositumve congregatio sequatur. Num finem suum in istis rei monasticae infestis circumstantiis assequi possit, Deus scit

sam congregationem pertinent et in singulas domos distribuendi sunt. Cum autem de vita eorum monastica, quod sane dolendum est, parum compertum habeamus, rem tractatam ad optimum finem adduci putamus, si hisce verbis in „A.“ p. 289 excusis utimur: „Quamvis religiosae familiae in Italia iniquis legibus extinctae fuerint et bonis omnibus exspoliatae, tamen ita adfuit congregationi in tanta calamitate misericors Deus, ut nullum ex monasteriis suis omnino dimittere cogatur, licet ob bonorum iacturam atque maximam difficultatem novitios ad habitum recipiendi aliqua ex ipsis coenobiis a paucis dumtaxat monachis inhabitentur.“ — O imaginem tristissimam his verbis revelatam, imaginem, inquam, viventis, qui tarde languescendo demoritur! Utinam Dei misericordia illas preces anno iubilaeo a sexcentis coelum versus pronunciatas mox benignissime exaudiat, ut spiritus S. Benedicti reviviscat et gloria domorum eius reflorescat!

M. K.

Der Custos und sein Amt.

Dargestellt von P. Bened. Braunmüller.



Unzweifelhaft stammen die Wörter „Guster, Gusterer, Küster,“ welche jetzt einen niedern weltlichen Kirchendiener (aedituus, Aufseher über das Kirchengebäude, Thürschliesser, Glöckner, Messner) bezeichnen, von dem Worte Custos her ¹⁾. Wollte man jedoch den Custos an den alten Hochstiftern und Klöstern mit dem jetzigen Küster identificiren, so wäre die Rechnung falsch; denn diese Grössen sind zwar ähnlich aber nicht gleich. Schon eine alte Synode sagt ja nach den Decretalen, der Custos gehöre mit dem Archidiacon und Archipresbyter zu den Säulen, auf welche die Kirche sich stützen müsse; und deshalb durften zu diesem Amte nur solche gewählt werden, bei denen man eine besondere Vortrefflichkeit und Heiligkeit erkannt habe ²⁾.

Es stand demnach das Amt des Custos längst in hohem Ansehen und wurde bei der Entwicklung der Rechtsverhältnisse der kirchlichen Personen, wenn auch nicht zu den eigentlichen Dignitäten, doch zu jenen Ehrenämtern (honores) gerechnet, welche man personatus nannte. Blieb der Custos zwar dem Archidiacon oder einem andern Obern unterworfen und verantwortlich ³⁾, so verwaltete er doch ein förmliches, abgegrenztes Amt (officium), zu dem er eidlich verpflichtet wurde, hatte sein Amtspersonal und führte seine eigene Rech-

¹⁾ Vgl. Schmeller-Frommann, bayer. Wörterb. I, 955.

²⁾ In his tribus ecclesiae columnis consistere debet alma mater ecclesia. c. 2 de off. Cust. (I, 27).

³⁾ C. 3 de off. Archid. (I, 23. Gregor III. epist. ad archid. Salonit.); c. 1. de off. Cust. (I, 27) und öfter.